



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

LI. Markgraf Ludwig verschreibt die Münzeinkünfte aus Brandenburg für künftige Zeiten einigen Bürgern in Stendal, am 6. April 1336.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

omnimoda libertate. In hujus recognitionem autenticum nostre civitatis presentibus est appensum. Anno incarnationis dominice M^o. CCC^o. XXX quinto, In die crispini et crispiani martyrum gloriosorum.

Nach dem Original.

L. Markgraf Ludwig verleiht seinem Capellan Siegfried Münzhebungen zu Prenzlau und Brandenburg, am 15. April 1336.

Ad geste rei memoriam. Ludouicus etc. publice recognoscimus et ad uniuersorum notitiam cupimus deuenire, Quod de maturo consilio nostrorum fidelium Sifrido nostro Capellano contulimus et per presentes iusto feodi titulo conferimus in moneta Prinzloue sex talenta et in moneta civitatis Brandenburg septem talenta singulis annis in festo B. Martini danda denariorum Brand. que sua pecunia comparauit a domino Hermanno de Arnburg iusto empeionis contractu. Quibus ipsum uti volumus duntaxat ad tempora sue vite fruicione pacifica et quiete. Mandamus igitur vobis monetariis dictarum civitatum Prinzloue et Brandinburg, ut ipsi Sifrido in dicto termino singulis annis de dieta pecunia expedite et plene in denariis numeratis respondeatis. In euentiam ergo nostre collacionis presentibus nostris fidelibus videlicet domino Hermanno comite de Henninberg, Johanne de Buch, Dno Wilbrando, Johanne Rörmoser, Beringero Hele, Johanne Hufner, militibus, Gerharde Wolf, Tylone Ruteling, Dno Eberuino nostro prothonotario et aliis pluribus fide dignis, presentes literas dedimus Arnburgh, Anno domini M^o. CCC^o. XXX. sexto, feria sexta proxima post diem pasche nostro sigillo sigillatas.

Aus einem Copialbuche des Geh. Kab. Archives. Gerden's Cod. II, 541.

LI. Markgraf Ludwig verschreibt die Münzeinkünfte aus Brandenburg für künftige Zeiten einigen Bürgern in Stendal, am 6. April 1336.

Anno domini M^o. CCC^o. XXXVI. in sept. Pasch. Locauimus et exposuimus discretis viris Rudolfo et Marcellio fratribus de Luchim, ciuibus in Steindal, eorumque legitimis heredibus monetam nostram in Brandinburch sub eisdem modis et conditionibus et pactis, quibus ipsam dilectis nostris Hiltprando, Joh. dicto Winus et Ebelino Bringeneu, ciuitatis predictae ciuibus, scientificè locauimus et exposuimus ad certos annos, dummodo ipsorum certi anni quos ipsis interrumpere nec interrumpi consentire contra debitum nolumus, literis et scriptis nostris ipsis concessi secundum literarum suarum per nos ipsis datarum continentiam rationabiliter expirauerint, a die expirationis computando per duodecim annos continuos quiete et pacifice sine impedimento quolibet possidendam, pro qua nobis taliter, quod contentamur, satisfecerunt etc.

Nach einem Copialbuche des Geh. Kab. Archives. — Gerden's Cod. II, 540.